IN DIÆTETICON POLYHISTORICON IOS. QVERCETANI CONS. ET MEdici Regii celeberrimi, Iohan. Preſsius φιλίατρος

AD LECTOREM.

QViſquis longævam validoq́ in corpore vitam
Conſtantem ſana ducere mente cupis,
Huc iter intende, & celeres huc dirige greſſus,
Huc fer, & invanum non gradiere, pedem.
Quid iuvat immenſos Crœſi glomeraſſe theſauros,
Et tamen ad tumidos ingemuiſſe pedes?
Quid genere, & vana prodeſt turgeſcere fama,
Aegrumq́ obſcuro delituiſſe thoro?
Mens ſana in ſano quærenda eſt corpore primùm,
Succedent votis cætera cuncta tuis:
Hoc docet illuſtri præſens ratione libellus,
Tempora cui ſimilem priſtina nulla dabant.
Rumpere livor edax, nihil hîc quod rodere poſſis;
Nam clypeus morſus non timet iſte tuos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-194123-p0009-7 DFG